Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

vita penitus desperatis. voto emisso statim omis infla
tura euanuit. et sanitati restitutus fuit. testis idem.
Infans qui ob maximam infirmitatem per xiiij dies
nihil fere alimenti percepit. cuius mors iam ardentibus
candelis expectabatur. voto per matrem completo. et de tu
ba reuersa. infantem ridentem et oio sanitati restitutum
reperit. Testis katherina mater. et habet in inquisitione
generali numero testium. lxxxix. Infantula grauissima
infirmitatem patiens. per vnam horam oculis corru
ptis. ac sine motione ita membrorum iacuit. ad quartam
hore. ab omnibus mortua putabatur. et inuocatione
beati leopoldi per patrem facta. illico se mouere cepit
et sanata fuit. sanaque coram commissariis apparuit.
Testis iohannes pr. Puer per iiij ebdomadas in tam
graui infirmitate iacebat. qd de eius vita desperatum.
voto emisso statim sanatus fuit. et sanus coram commis
sariis apparuit. Testis elena mater. Alius per tres
dies discoloratus veluti mortuus iacebat. completo vo
to discolor recessit. et sanitati restitutus fuit. Testis
katerina mr. et habet in inquisitione generali numero testium. v.
Alius graui infirmitate per multos detentus. per
xiiij. dies nec vlera meris. nec aliud cibum gustauit.
colore per totum corpus mutato. moriturus putabat.
voto emisso perfectum colorem suscipit. oculos aperu
it. et voto completo sanitate recepit. et coram commissariis
sanus visus est. Testis iohes pr. Alter per vi. ebdo
das tussim sine intermissione passus. tantum exhausto
vt nulla in eo vita apparuit. ac absque tussi iacens
mortuus putabat. voto emisso statim reuixit et sa
nitatem recepit. Testis anna mater. Infantula
per tres dies absque loquela semimortua decumbens.
a parentibus mori putabat. voto propter certam in som
nis visione matri de beato leopoldo relata per pate
res emisso. loqui cepit et sana quo voluit ambu
lauit. ac totum ex diuino instinctu completum. Testis
iacobus pr. Infans per v. ebdomadas grauissima in
firmitate in egritudinis lecto decumbens. pluries
mori putabatur. voto per patrem emisso statim in